

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta

Continens Vitas Parallelas Graecè & Latinè

**Plutarchus**

**Francofurti, 1620**

De mensibus Atticis

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1340)

retineat) Xyl. vertit, *Adhuc quadam eorum indicia servant ac celebrant.* & annotat (ἔτι μὲν οὖν). Lapis valde abiurde vertit Expiati. quæ tamen interpretatio etiam in Græca itrepsit Lexica, hinc (οπιότη) petita. Est autem ἐξοπίστη idem quod ἀφοπίστη, quo in Pericle & Cimone vsus est verbo autor nostræ: ἀφοπί-

μνος τῶν μεσοβίων: id est, vt muneri sibi mandato vtunque & perfunctorie (quod aiunt) satisfaceret. Ita hic dicit Sicyonio s quum plerisque ritus sacrorum in honorem Arati institutorum ommitterent, quadam tamen vt de fungi suo pietatis officio viderentur, quotannis celebrasse.

## DE MENSIBVS ATTICIS GVIL.

## Xylandri appendix.

**P**Lura opinione mea, lector candide, annotavi: haud scio an pauciora aliorum vel expectatione vel desiderio. Lubens omisi per multa quæ ad hoc opus exornandum videbantur plurimum allatura momenti: vt genealogias regum quorundam ac principum virorum, (quas statueram per occasionem veluti emblematum loco intexere) vt locorum descriptiones aliquot, vt philosophicarum nonnullarum quaestionum explicationes, vt eorum quæ eadem de re diuersi auctores scripserunt inter se comparationes, vt multorum errorum refutationes, multorum non recte scriptorum emendationes, ac quadam id genus alta.

*Verum hæc ipse quidem hic spatii exclusi iniquis*

*Præter eo: atque alias mihi fors memoranda relinquo.*

quippe & annotationum maius est factum quam initio putaueram, opus, vtunque omnia me contrahente, & mole laboris variisque curis & negotiis defatigato ignoscent qui non sunt ingrati: neque tam præterita à nobis multa ægre ferent quam ea quæ diximus non adeo pauca boni consulent. Memini me initio fere operis pollicitum, me, non nihil de Græcorum, Atticorum inquam, apud quos fuit Ἐλαφβόλιος, Ἐλαφβόλιος) mensibus commentaturum hoc loco. id nunc promissum qua debeo & possum fide representabo. Non est autem mei instituti, rem ipsam pertractare: quod & operosum & odiosum fore scio, & alio pertinet: sed ἵδιον πῆρρον tantum, quadam admonere diligentem lectorem. Etenim qui prius Plutarchi hæc parallela Latino se. mone descripserunt, Lapis, Guarinus, alique, dum Atticorum mensium nominibus Romana aptare conantur, neque inter se, aut cum aliis, neque secum adeo singuli conueniunt. Quod qui mihi non credit, facile si Græca cum Latinis conferre velit, verum esse deprehendet. Ego, qui rem plurimum habere controuersæ, minimeque explicatus faciles scirem, id sum sequutus quod & tutissimum erat & (nisi fallor) rectissimum. Reliqui ipsa Græca mensium nomina, ita vt lector in iis vertendis & ad Romanum morem exprimendis, eum sequi potissimum interpretem atque autorem posset quem veller. Quo fiebat vt neque ego interponere sententiam in re apud doctos controuersa opus haberem: & lector nullo negotio quid scripsisse Plutarchus, videret. Ne autem vel contempnissimorum coniecturas, vel ob inertiam superfedisse labore eorum nominum vertendorum videret: hic vtunque lectori satisfaciam, & cum de ipsis mensium nominibus, tum de eorum etiam partibus dicam aliquid. Quod omne tantum ad explicanda Plutarchi dicta, vnum hoc loco nostrum scopum, referetur. Ac quia plerique Gazæ (cuius auteolus extat de mensibus liber, Græce ab eo scriptus) sententiam, vt hominis doctissimi & accuratissimæ diligentia, sequuntur: priusquam de singulis dicam, omnes ordine vulgato recensibo, comparatis inter se ex eius autoris opinione nominibus.

Ianuarius,	Γαμηλιών.
Februarius,	Ἐλαφβολιών.
Martius,	Μουνηχίον.
Aprilis,	Θαργηλιών.
Maius,	Συροφορέων.
Junius,	Ἐκαμβελιών.
Julius,	Μεταγρητιών.
Augustus,	Βονδρομιών.
September,	Μαιμακτηλιών.
October,	Πυραγλιών.
November,	Ἀδιστελιών.
December,	Ποσιδεών.

Γαμηλιών ergo Ianuarius est Gazæ. Iam illud primo omnium satis est verbo attigisse, quod extra omnem controuersiam est positum: tamen & Romani & Græci suos menses à nouiunio, seu coniunctione solis & lunæ, auspiciarentur, tamen inter se iis minime conuenisse, vt ne si constaret quidem de ordine omnium vtrunque, tamen præcise inter se componi compararique possent. In causa fuisse cum alia, tum astronomicarum rationum ignorationem atque incertitudinem

liquet: quam intercalandi etiam importunitate haud raro auctam apparet. Verum hæc alio pertinent. Sane in Romulo Plutarchus (nam cum potissimum suis ipsis verbis explicandum put.) affirmat nihil conuenire inter Græcorum & Romanorum nouiunia: vbi Romæ natalem, qui in ipsum trigesimalum mensis diem incidere, celebrari à Romanis a. d. xi. Kal. Maij ostendit. A que idem in Aristida, de Plataicæ pugna die loquens fateatur, quinquam suo tempore accuratius caelestium corporum motus supputarentur, tamen alios aliter mentes inchoare suos. Gamelionis in hoc opere nusquam memini (quod recordari possim) Plutarchus. itaque non opus habeo de eo multa afferre. Suidas, nescio quo auctore, lanuarium hunc interpretatur. Γάμος nuptias significat. Nuptiis autem præesse creditum fuit Iunonem. id quod epitheta eius variâ apud Græcos & Latinos (quæ huc congerere nolo, & maxima eorum pars apud Gyraldum De diis gentium legi potest) demonstrant. Inter alia, etiam γαμηλία a nuptiis dicta est, quibus eam præesse Cecrops Athenis docuit, colique eo nomine: & mentem quo ei sacrificaretur, Gamelionem appellati voluit. Eustathius in Iliadis, Varinus, & alii.

Februarius, Ἐλαφβολιών ex autoritate Gazæ creditur. Ἐλαφβόλιος certus est, βολή ictus vel coniectus. Ceterum apud Homerum Ἐλαφβόλιος pro venatore quoque dicitur, species pro genere: -ω, ὡς τις πύθης οὐράδ' ὑπο σκύμνοισι Ἐλαφβόλιος ἄρπάζει αἰεταί: Iiad. 18. Etaphbolia sacrificia in venatricis Diana honorem peragi solita referunt Græci grammatici: quo tempore, non inuenio. Laudo autem Gazæ solertiam, qui hybernium esse mentem, & quidem Gamelione posteriorem, priorem Munychione, demonstrauit. Ne huius quidem memini hoc in opere Plutarchus.

Sequitur Μουνηχίον, Martio adsignatus mensis. Hunc in Thesoro Plutarchi Ianuarii vertit Lapis, vt & Donatus Acciatolus in Demetrio: Guarinus in Xylandro Martium: in Phocionis extremo Lapis Græcum reliquerat nomen, idque rectius. Munychia pars est Athenarum maritima, satis celebrata in historis: describitur etiam à Strabone lib. 9. Idem Munychiæ Dianæ meminit, quæ Pygelæ (vrbs est Ionica, non procul Epheso) coleretur. Fuisse eam cum tam Athenis, & nimirum à loco id nominis, aut contra, sortitam, patet ex Atticis Pausania & iis quæ sunt apud Gyraldum collecta ex Græcis commentariis. Esse autem Martiū, aut ei proxime respondere a quo in octo etiam ratione demonstrauit Gazæ. Et quidem Varinus Camers in præclaro lexico suo annotauit, Μουνηχίον, ὃ δὲ καλεῖται παρ' Ἀθηνῶν οὗτο καλεῖται, &c. Munychion decimus Atheniensibus mensis vocatur. Est autem Martius decimus à Iunio: à quo incepisse ordinem (quippe à solstitio astitio) mensium, ipsumque adeo annum, perspicue docuit Theodorus. Existimo autem hoc Varinum ex Suida, (vt pleraque) aut vtunque eodem ex libro descripsisse. nam quod apud Suidam δὲ ἴπρος legitur, non δὲ καλεῖται, librarii est (vt per multa alia) mendum.

Proximus est Aprilis, cui respondeat Θαργηλιών. Hunc in Timoleonte Mium Tudertinus, Donatus in Demetrio (nā in Alcibiade omiserat) Martium transtulit. Sacrum fuisse Apollini & Dianæ, vt pote natalem eorum, ac tum lustrari Athenas conuenisse, & Thargelia celebrata, quibus sacris primitiæ eorum fructuum quos tam terra à sole iterum clato calefacta (nam ἕρος calorem, γῆ terram significat: quæ videatur vocis origo fuisse) ediderit, consecrarentur in olla concocta, quæ θάρηλος dicitur: hæc inquam, & multa alia apud Lærtium in Socrate, Suidam, Helychium, Varinum & alios, sunt in promptu. Scribit Plutarchus in Camillo, vbi de diebus nefastis disputat, Troiam captam fuisse circa xxiiii. diem Thargelionis: auctoresque huius historiae laudat Ephetorum, Callisthenem, Damastem, Phylarchum. Adscribam etiam Dionysij Halicarnassensis verba, sed Latine, eandem rem continens: Troia, inquit, capta est sub finem astitis, septemdecim diebus ante solstitium astitium, vigesimatertia

die mensis Thargelionis, vt quidem Athenienses tempus solent iuppurare. Restabant adhuc viginti post solstitium dies ad expiendum istam annum. Ergo harum xxxvii. dierum spatio, quæ à capta Troia vsque ad anni finem effluxerunt, existimo Achæos & res urbanas transigisse, & legatos eorum qui defecerant accepisse, (*ὁμολογῶν* lego, non *ὁμολογῶν*) & tædas cum iis iisse. Insequenti anno, &c. Torfit hic Dionysii locus Gazam haud leuiter, accepit enim hæc verba ita vt qui ab eo, aut Ephoro potius, vnde hoc sit mutatus. Hecatombæoni mensi solstitiati proxime antecedere Thargelionem (quasi diceret Aprilẽm Iunio) omisso qui inter eos est medius, Scirophorionẽ, affirmari putaret. Itaque omisso Dionysio, de Ephoro ita disputat vt vel eum lapsum incuria pro Scirophorionẽ Thargeliona scripsisse, vel libros ipsius à librario inerti fuisse corruptos iudicet. Quat. satisfaciãt aliis Gaza, non laboro: mihi quidem nequaquam satisfaciãt. Si, quæcunque non statim assequimur in bonorum scriptorum libris, ea incuriæ eorum imputabimus: quid iam non conuelleretur, tot sciorum examinibus circumuolitantibus? aut qualis tandem fuisse existimabitur Ephorus, qui in mentium nominibus & ratione temporum describenda ita extra se (quod suspicatur *Γιζι*) abripi se pateretur? Nam quod ei *σπυρμα* in homonymo Iberiæ vocabulo obiicitur, longe aliu est falli ambiguitate quam labi oscitantia, & in scribendo *ἐκ τῆς ἱερῆς*. Ne dicam, fieri potuisse vt Dionysius ex alio scriptore, ac non ex Ephoro, hoc desumpserit; cui hoc modo iniuria fiat. Denique si tantam negligentiam Ephoro recte obiicit Gaza, quid Dionysio fiet, qui id non senserit, sed cæcum cæcus sit sequutus? quid Plutarcho? scriptoribus prope *ὁμοίως*, nonnunquam accuratis. Nam locus quem ex Plutarcho citauit, omnino id quod de librario queri possemus, amolitur: & cum diserte ibi de iis quæ barbati mente Thargelione acceperint incommodi, scribitur, tum Ephoro alii tres testes apponantur. nisi fortassis & conspirasse in hanc corrumpeudam historiam librariorum omnes omnium ætatum & scriptorum opinabimur, & *ὑποβολιμαίως* esse quod de Ilio capto inter alia ibi refert Plutarchus: quorum neutrum persuaderi potuisse Gazæ; persuasum habeo: iam vt conemur locum Dionysii explicare, mirati satis nequeo quid in mentem venerit iis qui ex his verbis colligere voluerunt, Thargelionem Hecatombæoni contiguam indicati. Equidem diserte Dionysius dixit, triginta septem diebus ante noui anni initium captam esse Troiam. Quod si ergo Thargelioni (cuius die xxiiii. ea capta fuisse hic perhibetur, si Atticam mensium seriem & rationem sequamur) de his tribus septem, nonne triginta adhuc pro Scirophorionẽ mense dies restabant, & annus insequens à prima Hecatombæoni initium sumet? Hæc est, nisi vehementer *φιλονεικῶν* & nodum in scirpo querere pergamus, apertissima & simplicissima Dionysii verborum sententia: & quidem facile eant ex tam claris verbis mediocriter attentus homo & non in eruditus eruerit, atque haud scio an omnes quibus hæcenus scriptulum hic locus iniecit, meam opinionem sint amplexuri, quæ neque Thargelionem loco modet, neque Scirophorionem, neque omnino in illam incurrit absurditatem aut insolentiam. Quod si quos perturbat id quod septemdecim ante solstitium diebus capta Troia dicitur: cogitent non enim diem octauum præcipitis seu decrecentis (*οὐδυνος*) Thargelionis à Dionysio appellari, (quom sit xiiii. Scirophorionis, si quidem Kal. Hecatombæoni in solstitium competere) sed indicari errorem illius temporis hominum in ordinandis mensibus. Nam ratione anni, non solstitii, dies capta Troiæ Attico more ab eo dicitur: id quod est xiiii. Thargelionis, solstitium autem eo anno non in Kalendas seu plenilunium Hecatombæoni, verum in decimum Scirophorionis incidisse monet, quanquam non expresse, ita tamen vt intelligenti satis sit dictum. eo enim pertinet mentio viginti dierum, qui à solstitio ad complendum annum sequerentur. Hæc ego in medium proponere volui, vt locum Dionysii docte admodum scriptum, quæ explicarem, qua tuerer: saluo interim eorum honore qui aliquid verius afferrent. tamen si non dubito fore multos eruditos viros quos iste locus hæcenus torfit, qui probaturi sint nostrum studiũ.

Sequitur *Σκίροφορέων*, qui sit Maius *σκιά*, vmbra est: iisdẽ *σκίρον* puto detractum, vt sit Vmbraclum: quasi *σκίρον*. A Sciris, seu Scirophoriis sacrificiis, mensis nomen habet: quibus vmbraclum ex arce solenni pompa deferrebat: ut, si quumque ædificandi dabatur. Vt breuis sim, te ad Scholiastem Aristophanis remitto, qui initio *Ἐκκλησιαστικῶν*, eiusque deinde verbis Suidas, rem totam explanat. Mensẽm hunc

proximum ante Hecatombæonem fuisse, diserte in Ageliao Plutarchus docuit: vbi inter scædas Spartæ exclusis Bæotis xiiii. Scirophorionis die ietum, & cladem quam apud Leuctra quinto die Hecatombæoni passi sunt Spartani, dies viginti interuenisse refert. Grynæus hunc Aprilem, illum Martium, neutrum recte, transtulit.

*Ἐκατομβαιῶν* ergo Iunio conferatur: nomen à sacrificiis maioribus habens. Solstitium æstiuum in hunc incidisse, primumque Atticorum mensium fuisse, Gaza demonstrat. De vocabulo *Ἐκατομβῆ* alibi quam hic dicere præstat. Lapis in Theseo & Maium vertit, & Aprilem: Guarinus in Alexandro, Augustum: quam recte, satis liquet. Plutarchus in Theseo ostendit, Cronium, id est Saturnalem, antiquitus dictum fuisse, Hippodromium Bæotis, Macedonibus Loum: hoc, in Alexandro, illud, in Camillo indicat.

Subiungit huic Gaza *Μαμακτηρίων*: quem nos Quintili siue Iulio conciliemus. Carnium Syracusani, Panemum Bæoti appellabant, vt in Nicia & Camillo Plutarchus refert. Maium Aretinus transtulit in Demosthenis vita. Wolfius Gazam esse sequutus. Certè Plutarchus hunc videtur Septembri, non Iulio, comparasse: nisi si locus in Poplicola de Capitolii dedicatione sit deprauatus: quod non video qua sit factum occasio: & verò errasse in hac re, aut deceptum fuisse Plutarchum, non facile crediderim. Idus quidem Septembris ibi plenilunio Metagitnionis tribuuntur. Metagitnia Apollinis sacra, mensẽm hunc, secundum Suidas scripsit.

Proximus huic *Βοηδρομιῶν*, qui Sext. siue Augusto respondeat. Est autem *Βοηδρομιῶν*, Cum clamore & festinatione ad auxilia accurrere, hinc sacrum Boedromia, de quibus Plut. in Theseo, Suidas, alii. Lapis Iunium vertit in Theseo, (qui tamen sui oblitus in Phocione Nouembrem extulit: nisi id quoque correctori debemus) vt & Guarinus in Alexandro, & Donatus in Demetrio. Hunc quidem mensẽm Metagitnionis fuisse contiguam, ex Plutarchi Aristida colligitur, vbi de pugna Plataicæ tempore loquitur.

Subit huic *Μαμακτηρίων*, quem à Bæotis Alalcomenium dictum Plutarchus ibidem dicit: & conici eo ex loco potest, Boedromionem cum successisse. Opponitur nostro Septembri *Μαμακτερίων*, Impetum dare est. Sed Iouem Mæmacten, cui sacrum Mæmacteria agerentur, videntur non impetuolum tantum ob tempestates, sed & iustitiam seu placando aptum exponere Græci: quod hic non moror. Quintum hunc Atheniensem mensẽm Suidas, & Ianuarium esse annotauit: idemque habet Varinus. quorum neutrum cum Gazæ opinione conuenit: imo si quintus sit, nullo modo Ianuarius esse potest. Arrianus lib. ii. De exped. Alex. hoc mense scribit victum ab Alexandro Darum Ilica pugna: quam finita astate, & iam incipiente autumno, commillam fuisse, veritati non videtur alienum.

Secundum hunc ponitur qui ad Octobrem nostrum quadrat, *Πυραγῶν* sic dictus à Πυραγῆς factis. (*πυραγῆς* etiã dicitur ea, Suidas ex Lycurgi oratione quadam docet) quæ tunc Apollini stebant, coctis quæ *πύρα* dicerentur etiã leguminibus, quasi *πυραγῆς*, vt annotauit Eustath. in xxiiii. Iliadis: Sed consulendus est de hac re in Theseo Plutarchus: vnde colligi potest autumnalem mensẽm fuisse, frugibus scilicet terra iam collectis atque conditis inuentem. Lapis eo non animaduerso, Iulium vertit: itemque in Cicerone Aretinus: Plutarchus postea in lib. De Iside & Osiride docet, hunc mensẽm quem Athenienses Pyanepionem nominant, Bæotiorum esse Damatrium, Egyptiorum Ahyr: nimirum circa octauum Pleiadis cosmicum, id est autumnalem.

Ventum est iam ad Nouembrem, cui à Gaza tribuitur *Ἀγρομέλων*. nimirum quod quum singulis aliis suos videretur locos assignasse, hic vnus de duodecim festans hinc compereret, cæteris locis occupatis. Id Gazæ argumentum quam sit validum, non d' spũto. valeret quidem si constaret testo, eã omnino mensium nomina duodecim mensibus, singula singulis quadrare: neque vllũ ex mensibus fuisse binominẽ, aliumque aliquẽ contra præteritũ. Ego Gazæ sententiã in mediõ relicta, quid aliud senserint obiter indicabo. Anthesteria Bacchi in honorem æditata, satis ex Græcis cõmentatoribus manifestum est. neque hic de iis disputo, multo minus de etymologia: nam ex eo velle aliquid certi colligere lubricum est. Reprehendit enim Gaza Philostratum quod verum hunc mensẽm scribens à floribus (*ἄγρος*, flos, *ἀγρίων*, flore est) vocem effectam senserit: & ipse hybernũ haud minus commode inde exponi posse ait; quasi floribus priuantem, *ἀγροπύρα* *ἄγρος* *πύρα*. Vt facile intelligi possit, si *ἄγρος* debeat pro argumentõ ordinandorum mensium recipi, de nul-

lius loco satis nobis constiturum. Suidas, Varinus, & alii, octauum esse mensē Atticum auouauerunt, ita non quidem Nouember erit, sed Ianuarius: sed scilicet cum Gamelone. Sane Plutarchus noster (cui vel ipso Gaza teste summa rerum harum peritia, accuratissimumque tribui debet iudicium) in Sylla de Athenis captis scribens, factum id afferit Martii Kalendaris, quæ maxime dies nouilunio, id est principio Anthestioris, respondeat. Cui ad stipulatur Appianus Alexandrinus, æqualis prope eius, & doctus admodum bonusque scriptor. Is lib. Bell. civil. secundo, de cæde C. Iulii Cæsaris verba faciens, hæc ad extremum habet: οὐτω μὲν οὐκ ἴσως Καὶ οὐδὲ ἐπιλαύσαν ἐν ἡμέραις αἷς καλοῦσιν εἰδὲς μαρτυρεῖται, αἱ δὲ σκευαὶ μάλιστα μέσση. Duæ postremæ voces in libro impresso defunt, sed leguntur in manuscripto Augustanæ bibliothecæ codice. Sic (inquit) C. Cæsar obiit Idibus Martii, citæ medium nempe Anthestioris. Hæc si recte ab iis dicta sunt, ut quidem contentanem puto, Nouembris porro Græcum nomen queramus oportet aliud. Apud Microbium quoque l. Saturnal. xii. inter vernos menses Anthestiorum ponitur, qui sit Aprilis, & à floribus tum se exerentibus dicatur. Hæc itaque ita sunt controuersa. Restat adhuc vnus scriptulus. Plutarchus in fine Arati, Anthestiorum cum Dæfio eundem facit. Idemque Alexandrum Magnū vita excessisse sub finem Dæfii docet. Ergo si recte utrunque;

non dubito) scripsit Plutarchus: non recte faciunt qui in Iunium mensē obitum Alexandri coniiciunt, eo quod Suidas Δέσιον, Desium, mensē Iunium exponit. Quod si omnino Macedonum vel Dæfius vel Desius est Iunius: malo tamen Plutarchum sequi, & Dæfium Sicyoniorum ab eo diuersum putare. Postremus in Gaza serie est Ποσειδών, quasi Neptunium diceret. Hic Poseidon Suidæ December est, veluti & Gaza. Plut. in Cæsare, quum quidem solstitium hybernū ei tribuit, Ianuariū interpretatur, quia in re nihil inest absurdi, quum olim solstitium id in finem Decembris incidere. Hæc de mensium nominibus volui paucis commemorare. nam quæ alia sunt nomina, ut Bucatii, Artem si, Chyas, Thoth, Pharmuthi, persequi hoc loco non statui. Habere & de partibus mensium, & vocalibus ἐν τῷ νύκτι, & τῷ ἡμέρας, εἰδὲς, ἀπὸ ἐνδρα καλοῦσιν, & aliis, quæ dicerem, nisi commodiori ea temporis seruariem. Quæ ex diariis regiis Plutarchus in fine Alexandri Magni descripsit, ea ad confirmandum quod Gaza docet de numeris τῶν μηνῶν mensis non augendis, sed minuendis vique ad trigessimam diem, præclare faciunt. ἐν τῷ νύκτι idem in Solone pulchre interpretatur: & in Demetrio eius comparatione instabilitas fortunæ elegantissimis Sophoclis verbis exprimitur. Cætera diligens lector colliget, atque expendet.

HENRICI STEPHANI ANNOTATIONES IN SVAM editionem vitarum Plutarchi: in eos videlicet locos quorum lectiones partim ex veterum codicum autoritate mutatae fuerunt, aut mutandæ sunt: partim etiam ex coniectura mutandæ videntur. Alicubi autem & de interpretatione obiter in iisdem agitur.

Lector obseruabit, numerum qui literam, a, b, &c. sequitur: indicare numerum linearum ab una litera (quæ decem lineas continet) ad sequentem.

P. 1. a. 6. Προ εἰσὶν ὡς γὰρ φοισιν, in quibusdam codic. scriptū est αἰπίας ὡς γὰρ φοισιν. Vtraque lectio stare potest: sed retinendo εἰσὶν, testringetur quod alioqui generaliter dictum videri possit, legendo αἰπίας, ut videlicet dicat εἰσὶν πινάξιν folios esse eos talia ὡς γὰρ φοισιν. Ex duobus posterioribus interpret. vnus, nimirum Xylauder, ita vertit ac si non εἰσὶν sed εἰσὶν τε scriptum esset. Vertit enim, Aliquando adscribere solent, alter, Crusearius, ita reddidit ac si non εἰσὶν nec εἰσὶν τε, sed εἰσὶν γὰρ. Plutarchus scripsisset. Ita enim locum illum reddidit, In margine alicubi annotant. Gall. cis autem interpret. illam ex vet. cod. petitam & onem αἰπίας sequutus est.

Ibid. l. 9. Reponendo Σκυθικὸν κρύος, pro Σκυθικὸν ὄρος, lignot. vet. exempt. c. mensum sequutus sum, quem & G. Ilicus interpret. sequi maluit. Magis autem mihi placet κρύος, quod quum Plutarchum Scythæ ob eius deserta meminisse verisimile sit, simul & causam voluisse declarare videri possit, dicendo κρύος. Sic certe Virgil. Scythiæ niues, Nalæ Scythiam n. uo. am. Flaccus gelidum Scythien dixit. Itidem vero Scythiæ deserta in proverbium Græcorum abiire, vocantium Σκυθῶν ἐρημίαι: ut videmus apud Æschylum initio Prometheus vinceti, & Aristoph. in Acharn. Quod autem ad proxime præcedentia vocabula attinet, πηλὸς αἰθῆρας, sciendum est itidem in vet. illis codicibus legi: at Hesychium habere πηλὸς αἰθῆρας, & (quod annotatu dignissimum est) certi cuiusdam loci appellationem esse velle, Meminit autem duobus in locis, nimirum in Πηλὸς & in Αἰθῆρας.

Ibid. b. l. 4. Antequam longius progrediar l. & orem de particula ἐπι monendum censui, ne illi, sicut & mihi initio, negotium facesseret. Illam igitur non hic tantū, sed & in aliis Plutarchi locis peculiarem quendam vsum habere sciat. Atque ut de hoc primo loco primū dicatur, nemo est qui ita accipiens ut accipi passim solet, aut imperfectam sententiam esse, aut pro ἐκ δὲ πρὸς reponi debere ἐξέδιδαν, non existimet: quum potius ἐπι δὲ ἀκρότης non secus accipiendum sit ac si dictum esset ἀλλὰ ἐκ δὲ πρὸς. Quod si ἐπι δὲ ita exponere hic possumus, (quid mihi autem possumus?) non dubium est quin & initio vitæ Poplicolæ eandem expositionem illi dare liceat, ut videlicet ἐπι δὲ Ταρκύνιον μισθὸν ἡ δῆμος ἔλαβε, idem valeat quod ἀλλὰ Ταρκύνιον μισθὸν ἡ δῆμος ἔλαβε. Quum autem hoc animaduertentes interpretes (docti alioqui & diligentes viri, & quos honoris causa nomino) ut particula ἐπι δὲ suam redditionem inuenirent, membra orationis disincta coniunxerunt: quod ut facere possent, ambo copulam &, tanquam superuacaneam, vel potius tanquam plane huic loco incommodam, præter miserunt: sed vnus quidem eam quam habemus ante Δεύκωος βροδῶς, pertinentem ad verbum σωμίζεσθαι:

alter vero eam quæ est ante μάχη, pertinens ad ἡουζίαν ἡγήθη. Equidem non dubito quin talem particula ἐπι vsum miraturi sint multi, meam tamen sententiā, locis huic aliis; nonnullis attente consideratis, comprobaturi. Verum & alium quem apud hunc scriptorem habet vsum particula ista ἐπι, adiungere, operæ pretium esse existimo. Sciendum est igitur ἐπι alicubi fung. vice τῷ ἐπιπα. ut post in hoc volumine, ἐπι δὲ οἱ Κοεῖνιοι, &c. Sed & alio loco ἐπι δὲ τῷ παππῶν Νομῆτορι, &c. Sunt certe & alii loci in quibus euident est hic particula ἐπι vsum: sed eos lectoribus à me admonitis obseruandos relinquo.

Ibid. 8. Quidam cod. παρὰ habent pro παρὰ δὲ: sed παρὰ δὲ, non παρὰ δὲ, legitur apud ipsum Æschylum. At in posteriore loco recte τῷ δὲ pro παρὰ δὲ repositum fuit, metri etiam lege id postulante. Colligit autem hæc Plut. extr. g. quæ inscribitur ἐπὶ δὲ τῷ παρὰ δὲ: sed ex tribus diuersis locis, quorum in vno non συμβησται, sed ἐπιπατα scriptum est.

Ibid. d. l. 7. Pro μὲ legitur etiam γάρ.  
P. 2. a. 1. παρὰ πρὸς Inuenitur & aduerb. παρὰ πρὸς pro hoc παρὰ πρὸς.

Ibid. 6. Hoc nomen γοῖς ex plurium codicum consensu insertum: quorum quidam habent etiam πόλιν pro πολιτείαις.

Ibid. c. 3. Reponendo ἄθλων pro ἀθλοῦν ex autor. vet. cod. εἰσαφικέδξ in αφικέδξ mutare non necesse fuerit.

P. g. a. 4. Pro δαίμονες ne dubitem reponere δαίμονες (quod vetus postulat) facit significatio quæ verbū δαίμων apud Herodotū habet: quum cōposito κατὰ δαίμονα, quod inde est, vtratur pro Cognita erat seu comperta. Locus est in Polymnia, ἐκ τῆς πρὸς δὴ κατὰ δαίμονα εὐδοκία οὐδὲν χρεῖν μηδὲ εὐσεῖα. Ita enim scribendū est absque interpunctione ante particula εὐδοκία: sic accipiendū verbum κατὰ δαίμονα. Quia autem accipi ita debeat, minime dubitandum puto: quauis Valla diuersam plane interpretationem afferat: non diuersam lectionem à nostra sequutus fortassis. (vbi tamen annotaui) sed potius excogitata qualicumque interpretatione, ex hoc loco elabi conatus. Facit porro pro lectione illa δαίμονες, & quod quidam gramm. annot. δαίμονες esse dictos quasi δαίμονες: licet alioqui nominis huius aliud quoque erymum afferatur. Neque vero pro δαίμονες facere potest Ταρπηία quod infra, nimirum p. 51. legitur trisyllabus. Facilius enim η & ι in vnam syllabam coalescere possunt quam α & η.

Ibid. i. b. 8. Ex vet. codice ἔλαβε additum fuit: quod optime loco conuenit. At paulo post pro ἔλαβε repositum non fuit ἔλαβε, ut habet quidam alius: quod hoc verbum accusatiuo πρὸς αἰν minime quadret.

Pag. 4. a. 5. Pro ἐμποδῶν repositū ἐπιπα ex vet. Significat